

Tom III
Miscellaneous Papers.

[Faint handwritten signature or initials]

The
Dr
G
H
S
E
A
C
E
J
H
G
E



103

DISSERTATIO ^{בְּהַרְבֵּי} CHRONOLOGICA
DE
NATALI IMMANUELIS,

^{quam}
IN ILLUSTRIS ACADEMIA WITTEBERGENSI
Sub Præsidio

M. ÆGIDII *Strauchs* /

Wittebergâ-Sax. S.S. Theol. Stud.

*ad placidam σουφολογίαν
proponit*

M. JOHANNES CASPAR *Schulin* /

Heilsbronna-Francus:

Ad. D. 24. Dec. fer. 6ta

ANNO CHRISTI

VERO M DC LIV.

BEDIANOM D C LII

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

IMMANUEL

DEI PATRIUS QUOD VOCA

12



GARIBOLDI

Capitulum





IMMANUEL!



Generatio Christi est origo Populi Christiani & natalis capitis est natalis corporis. Et dum salvatoris adoramus ortum, invenimus nos nostrum celebrare principium præclari Patris cedro digna sunt verba. Scilicet in Nativalem Salvatoris inquirere haud inanis est cura, nec sine prætio labor.

Judæus Apella nil magis, quam incertitudinem Natalis Domini Christianis objicit, adeo cum Mathematicorum Abaco & calculis ipsa veritas videtur periclitari, ut ludibrium debeat Judæis Christianorum fides. *Causas hujus difficultatis Fridericus Spanhemius recenset duplices, Communes alias vocat, alias proprias. Communes sunt Epocharum variarum initia dubia, connexio difficilis, Nomenclatura anceps, fundamenta incerta, scriptorum & Expositorum conflictus perpetui, & integra sententiarum inter se arietantium plaustra. Propria dein' vocantur ipsi, tardior æræ Christianæ constitutio, regni Herodis, census Cyrenij & triginta annorum Christi apud Lucam diversa tum expositio, tum supputatio. Veris admiscet falsa Spanhemius, non statim dubia, quæ ipse non intelligit satis. Hinc improbamus Spanhemianam studium, quo cuncta reddere dubia tam acriter laboravit. Scientia finis laborum sit non ignorantia. Conabimur ergo Nos in præsentiarum reddere certam, quam scepticus voluit esse dubiam, veram Christi Epocham. Ingemiscimus iterum* Ⲛⲓⲙⲁⲛⲁⲗ,

Dub. Evang. part. 2. Dub. 1. p. m. 5. cum quo consentit Joh. Cloppenburgius Synt. Sel. Exerc. Ex. VIII.



CAPUT I.
PUNCTUM PRIMUM,
DE ANNO NATIVIT. CHRISTI.

Exhibens THESIN.

*Natus est Christus anno Periodi Julianæ IV M. DCC.
XI. qui fuit Julianus XLIII. æræ Aethiæcæ XXIIIX. Consulibus
Lentulo & Messalâ, Cyclo Solis 7. Lunæ 18.*

PUNCTUM SECUNDUM

Exhibens HYPOTHESES

Keplerus, HYP. I. *Epocha Christi vulgaris, cujus autorem Dionysium
Petavius, natione Scytham, abbatem Romanorum Cognomento Exiguum,
Antonius vulgò laudant, incipit quæ à Cal. Januarij anni P. di. Ille 4714.
Cappellus, Juliani verò 46. cum verum Nativitatis Christi annum non
Wilh. Langius, negant exhibet.*

ar am vulgã- rem Dionysi- anam esse.
§. I. Epocham vulgarem, cum vulgò sequimur omnes, nu-
merantes hodie 1652. à nato Christo annum, sed cum eruditis
sentimus, ejusdem autorem inconstituenda eadem humani ali-
quid passum esse. *Errores potissimi* quorum postulari potest hæc
Epocha sunt sequentes. I. Post mortem Herodis incipit demum,
quò tamen vivente Christum natum esse, sacræ testantur paginae
II. Christus si obtineat hæc Epochæ, Baptismi suscepti tempore
vix viginti annorum fuit, at triginta annorum eundem ad Ba-
ptismum accedentem fuisse Spiritus S. autor est, Luc. cap. 3.
vers. 16.

§. II. Valere hinc jubemus Psevdochronologum *Henricum
Harvilleum Franciscanum*, is n. ne forsitan autoritas & infalli-
bilitas Ecclesiæ cum ipsa Epochâ periclitari videatur, & hanc sal-
vare studeat, & per hanc illam; Ita tamen, ut vitiosum admodum
comittat circulum, ab Ecclesiæ traditione ac usu Epochæ hujus
còtroversiæ argumentum petens palmariù pro veritate Eiusdem.
Quasi verò non & *Græcæ*, non & *Æthiopicæ* Ecclesiarum &c. au-
tori-

toritas magna sit, sed Hæ diversum sentunt. Ut taceam *Paulum Forosempronensem* & ipsum Pontificium negare perpetuam hanc numerandi annos Christi fuisse consuetudinem, *quin potius Blondo Foroliviensi autore ab Eugenio IV. Pontifice demum admissam esse eandem.*

§. III. Sed & *Dionysii Petavij* vituperanda inconstantia est: Jam enim videri vult ac patrocinetur Vulgari Epochæ, mox paucis lineis interiectis eandem vitij convincit. Ingenuitas virum decet, non facies lubrica. Sed vexant ipsum Saturniæ Lemæ. *Dekerium* potius miramur & ipsum Pontificium, nam is myster a fingit: Concedit scilicet quatriennio æram vulgarem aberrare à verâ; At Scaligerum debuisse id mysterium potius interpretari, quàm errorem. Plaudite Pierides, en nova mysteria!

HYP. II. *Pugna quidem ad Actium Promontorium contigit anno Periodi Julianæ 4683 Juliano 15. die. 2. septembris in vitioso Calendario Juliano, ac tertio septembris si correctum obtinuisset; Epochæ verò Actiæ, quæ Egypti, & per consequens Clemens Alexandrinus quoque utebantur, incepit demum anno sequenti Alexandria ab Octaviano captâ.*

§. IV. Prior Hypotheseos pars è *Dione Cassio* liquet & libro quidem ejusdem L. & LI. Historia Romanæ, ejus verba hæc sunt: *In hunc modum pugna navalis facta est IV. Nonas septembris. Id æme non frustra commemoratum est, dies annotare alioquin non solito: sed quod ab eâ die primum Cæsar Solus rerum potitus est, imperijq; ejus recensio præcisè ab eâ sumitur.* COSS. C. Cæsare Octaviano & M. Valerio Messalâ Corvino. Idem testatur *Josephus* antiquit. Lib. XV. c. VII. Idem *Suetonius* in Octavio Augusto: *Connectit enim pugnam ad Actium annum cum A. V. C. V. 723.* Idem omnis Historicorum chorus.

§. V. Anni verò ab Actiâ hæc victoriâ numerati diligenter discernendi sunt ab annis æræ Actiæ (quod cum *Dione Cassio* Libro LI. *Suetonio* l. c. *Scaligero* de E. T. p. 236. & c. *Petavio* Lib. X. de Doctrinâ Tem. c. LXIX. Rationarij parte primâ lib. IV. part. II. lib. III. c. XV. *Calvisio* Ifag. Chronol. c. XLV. & in

Epistola primâ ad Keplerum missâ, quæ extat in Eclogis Chroni-
cis Kepleri, *Wilhelmo Langio* lib. II. de annis Christi c. XVII,
Frid. Spanhemio part. II. dubiorum Evangel. dub. I. pag. m. 12.
Altera pars hypotheseos volebat. scilicet *Antonius* unâ cum
Cleopatra ad Actium ab Augusto anno Juliano XV. victus in Æ-
gyptum fugit & Alexandria anno sequente Juliano XVI. circum-
fessus ab Octavio, seras conditiones pacis tentans, seipsum iu-
teremit. Hunc mox confecuta Cleopatra, quam servatam
triumpho magnoperè cupiebat Cæsar, ne ad victoris arbitrium
viveret, admotâ sibi aspide exanimis inventa est, frustra Cæsare
etiam (psyllos admovente) qui venenum ac virus exugerent.
Ex hac ergo die 29. Augusti in vitioso Calendario, quâ Cæsar A-
lexandriam occupavit senatus decreto Ægyptijs tempora nu-
meranda erant, & numerabant quoque, ceu per plura exempla
Petavius locis citatis declarat.

*Orosius ad-
versus Pag.
L. VI. C.
XIX.*

§. VI. Annotasse hæc non inutilis labor est, siquidem hinc
dependet genuinus intellectus testimonij antiquissimi patris
Clementis Alexandrini quod extat lib. I. Stromaton. *Ἐγενήθη
δὲ ὁ κύριος ἡμῶν τῷ σὺνδείῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει, ὅτε πρὸς τὸν ἐκέλευ-
σεν ἀπογεῶρας γενέσθαι ἐν Αὐγῶν.* Palmarium facile hoc
testimonium est ex antiquitate Ecclesiastica petitum, quod evin-
ci potest Christum omnino P. di Julianæ anno 4711 natum esse.
Siquidem annus 28. Æræ actiacæ si à victâ Alexandria numere-
tur convenit cum, quem nominabam, Periodi Julianæ anno
4711. Primus enim annus hujus Epochæ omnium antiquorum
consensu est Julianus annus 16 ceu Periodi Julianæ 4684.

P. Jul. ann. Jul. Ep. Act.

4684. 16. 1.

27. 27. 27.

4711. 43. 28.

addatur utrinque communis

summa & apparet connexio-

*Dub. Eya ng.
part. 2.*

nem nostram omnino veram esse & rectè se habere.

§. VII. Mirari itaque subit quis malus genius *Spanhemio*
fascinaverit oculos ut colligere haut potuerit annum 28. æræ a-
ctiacæ esse Periodi Julianæ annum 4711. Ita enim ejus habent
verba pag. 39. *Si sit annus 28 actiacus* (cujus *Clemens* meminit)
*à morte Antonij & Cleopatra, connectitur demùm cum anno se-
quentis*

quente Periodi videlicet Julianæ anno 472 Olympiadis CXCIV
tertio, Juliano XLIV. Cyclo Solis VIII. Lunæ XIX. Lit. E. &c.
Falsissima hæc omnia sunt, vel si ipse Spanhemius repeteret cal-
culum. Nam ne ipse quidem negare potest primum annum
ære Aëtiacæ Periodi Julianæ annum 4684. Julianum verò XVI.
esse. Sed & istud frivolum est ac tali viro, indignum, quod sub-
jicit: Incerta ergo Clementis mens, incertus character, incertum
etiam an natalem Christi conjiciat in 25. Decemb. an in 4. Jan. Ex
sententiâ Aegyptiorum. Nihil itaq; illius testimonio promovetur,
cum in Chronologicis alioquin vel parum accuratus sit, vel parum
felix. Quis, non abominetur studium Spanhemianum quo cer-
ta, incerta reddere, tam anxie allaboravit. Quis sibi persuade-
ri patietur oscitanter adeo sanctissimum Patrem seculo à nato
Christo proximo viventem, adeoque Christi temporibus proxi-
mo fallere & falli in Nativitatis ejusdem anno. Et quæso Te,
annon hæc injuriosâ in Sanctissimos Patres exceptione omnis
antiquitatis Ecclesiasticæ veritas in 1771 1771 resolvetur. Quid
opus Patres oscitantia arguere in ijs, quæ & sacra & prophana
Historia comprobant! Certa ergo sit & maneat hæc Clemen-
entina de anno Nativitatis Christi traditio, quicquid sit de
die, de quo infra agendum.

§. VIII. Sed & Excell. & Clariss. Dn Laurentij Eichstadij
corruptela improbanda est. Is enim quò evincat nativitatem
Christi in Periodi Julianæ annum IV M DCC IX incidisse incò-
venienter ad præsens Clementis testimonium respondet: Annos
hos non à captâ Alexandria, sed pugná ad Aëtiuum computandos esse.
Num verò ab hac annos numerare Aegyptios jussierant Roma-
ni, jannon potius ab illâ? Clara verba Dionis sunt, quæ Spanhe-
mius è codice græco citat; τὴν δὲ ἡμέραν ἐν ἣ Ἀλεξάνδρεια
ἐάλω, ἀγαθὴν τε εἶναι, καὶ ἐς τὰ ἔπειτα εἶη ἀργὴν τῆς ἀπαρῆθ
μήσεως αὐτῶν νομίζουσα. Quis sibi persuaderi patietur Clemen-
tem Alexandrinum Alexandriae natum, Alexandriae educatum,
Alexandrinis moribus & studijs informatum, Alexandriae de-
nique scribentem & viventem mandato Romanorum fuscq; de-
que habito contra popularium consuetudinem à pugná annos
suos numerasse potius, quam à Cleopatrarum morte! Ut taceam
alij

alij Clementis loco, de quo post agendum erit, Eichstadianam
hanc expositionem nimis luculenter contrariari.

HYP. IV. *Augustus Caesar mortuus est XIV. Cal. Sept. anno
Periodi Julianæ. 4727. Juliano 59.*

§. IX. Testatur hoc *Vellejus Paterculus* eleganter simul &
concinne hunc in modum concludens: *Cum jam omnem curam
fata vincerent, in sua resolutus initia, Pompejo, Apulejoq; COSS.
septuagesimo sexto anno, animam caelestem celo reddidit. Com-
probat Dio Cassius Lib. LVI. verbis sequentibus: Vita excessit
XIV Cal. Sept. quâ die quondam primum Consulatum inerat. Vi-
xit annos LXXV. menses X. dies XXVI. siquidem natus est nono
Cal. Octob. solus summum imperium gessit à victoriâ apud Actium
annos (quibus tamen XIII. dies defunt) XLIV. Gemina bis habet
Svetonius in Octavio ad annum V. C. V. DCCLXVII. Nam hæc
ejus verba sunt; Obijt in cubiculo eodem, quò Pater Octavius, duo-
bus sextis Pompejo & Apulejo COSS. XIV. Cal. Sept. horâ diei no-
nâ Septuagesimo & Sexto atatis anno diebus quinq; & triginta-
minus.*

§. X. At annus U. C. V. DCC. LXVII. nullus alius esse po-
test præterquam Periodi Julianæ annus 4727. Neq; XLV. annus
injens ab Actiâ victoriâ cum anno quocunq; alio eeu P. di Ju-
lianæ ceu Juliano poterit connecti. Neq; character COSS. alium
annum postulat. Confer Aurelium Cassiodorum, & Joannis
Cuspiniani Commentarium in eundem.

HYP. IV. *Tiberius Imperatoriam dignitatem adeptus est an-
nò Periodi Julianæ IV. M. DCC. XXVII, Juliano LIX, circa
XIX. Sept. diem. Hinc XV. Tiberij annus cujus Lucæ c. III. v. I.
fit mentio, omnium optimè cum anno Periodi Jul. IV. M. DCC.
Juliano LXXXIII connectitur.*

§. XI. Testatur hoc *Svetonius* ad V. C. annum DCCLXVII,
quo in loco recenset prolixè, quâ ratione Tiberius ex itinere re-
vocatus, jam quidem affectum, sed tamen adhuc spirantem Au-
gustum reperierit, à quo & adoptatus, Reip. causâ, ut ajebat.
Augusto denique mortuò, principatum, quamvis neq; occupa-
re confestim, neq; agere dubitasset, & statione militum, hoc est,
vi

vi & specie dominationis assumptâ, diu tamen recusaverit impudentissimô animô, nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta belua esset imperium, nunc precantem Senatûm & procumbentem sibi ad genua ambiguis responsis & callidâ cûctatione suspendens, ut quidam patientiam rumpent atque unus in tu multu proclamaret: *aut agat, aut desstat*; Alter coram exprobraret; *ceteros, quod polliciti sint, tardè prestare, sed ipsam, quod præset, tardè polliceri*. Tandem, quasi coactus & querens, miseram ac onerosam sibi injungi servitutem, recepit Imperium. Hæc omnia & singula, quem sæpius, laudavi, Svetonius annotat E quibus videre est, dissimulasse tantûm Tiberium se imperare, neq; tamen clam fuisse hanc Tiberij fraudem, quippe cum statio militum ipsius Principatum statim asseruerit. Adeoque reverâ, quò Augustus mortuus, annô, Tiberius imperator esse cœpit. At mortuus is DCC LXVII. A. V. qui est Periodi Julianæ IV M DCCXLI quem & in hypothesi posuimus.

§. XII. Sed & ulterius Hypotheseos veritas è *Dione* demonstrari potest. Testatur enim is Lib. LVIII. Tiberium mortuum esse VII. Cal. Aprilis, vixisse annos LXXVII Menses. IV. dies IX. Imperasse annos XXII. menses VII. ac dies totidem. *Cn. Proculo & Portio Nigrino COSS.* Anno V. C. DCC XC. Annus hic urbis est Julianus annus LXXXII, in quem solum Consulatus binorum istorum Coss. qui firmissimi characteris instar est, incidit. Quapropter ab anno Jul: LXXXII. Periodi Jul. IV. M DCC L & XXVI die Mart: (pro quo *Calvisius* Itag. cap. LXVI. contra clarissima Dionis verba XXV. April: ponit) subtrahantur inter mortis & imperij auspici annu intercepti, anni XXII. menses VII. & totidem dies, remanebit annus Periodi Jul. IV M DCC XXVII Julianus LIX mensis VII. dies XIX, quò scilicet tempore imperium auspiciatus fuerit.

An.	P. Jul.	Jul.	Mens.	dies	
4750.		82.	2.	26.	Tempus mortis Tiberij.
	22.	22.	7.	6.	Spacium tēporis, quò Imperio
4727.		59.	7.	19.	Tempus, quò imperiū (præfuit auspiciatus est.

B

Idem

Idem per omnia testantur *Svetonius*, atq; *Tacitus*, nisi quod circa dies quædam sit discrepantia. Scilicet unanimiter consentiunt Tiberium in villâ Lucullianâ octavo & septuagesimo a tatis anno, tertio & vigesimo Imperij, decimo septimo Cal. Apr. *Cn. Acerronio Proculô*, & *Pontio Nigrinô COSS.* (nonnulla exemplaria *Portio* legunt) interclusâ animâ, mortalitatem explevisse. Frustrâ ergo hic *Isaacus Casaubonus* & *Iustus Lipsius*, quandam inter *Dionem* & *Suetonium* ex unâ, *Tacitum* ex alterâ parte diversitatem fingunt, quippè cum illi de annis completis, hic de currente loquatur.

*Sed & Lan-
gius p. 363.
hic nobiscû
sentit. ;*

§. XIII. Ne tamen vel unicô dubiô facillè hypothesis cui superstruenda est vera de anno nativitatîs Christi thesis, ultimô produco clarissima *Taciti* verba, quæ libro I. Ann. extant: *Sextus Pompejus*, & *Sextus Apulejus, COSS. primi in verba Tiberij Caesaris juravere, apudq; eos Sejus Strabo* & *C. Turranius: Ille prætoriarum cohortiû præfectus, hic annone, mox Senatus, milesq; ac populus.* Si hi duo *COSS. primi in verba Tiberij juravere*, necesse est omninô ab anno Juliano LIX. Tiberij annos incipere. Nulli enim alij, quam huic, Juliano anno, par *COSS. hoc assignari potest.* Ut taceam *Paulum Orosium* lib. VII. adversus gentiles c. IV. *Aurelium Cassiodorum, Eusebium* in Canone Chronico (edit. Scal. p. 187) *Johannem Zonaram* Analium Tom. II. aliosque probatissimos historicos sententiam nostram ad naveam usq; comprobare.

§. XIV. Valeat hinc iterum mirus dubiorum artifex *Spanhemius*, quem non pudet scripsisse & hunc characterem incertum esse. *Non enim constare, undè arcesat Lucas annos Tiberij, an ab illo ipso mense & die, quo Augustus occubuit, XIX. nimirum Augusti, anni Jul: LIX, an à Nisan illius ipsius anni pro ratione computi Judaici, an à Cal. Januarijs ejusdem anni, an à Cal. Januarijs, vel an à Nisan anni sequentis?* Scilicet si de mense & die quæstio esset valeret forsitan *Spanhemianum ἔγλημια*: At de anno quæritur, in quo determinando *Lucam* errasse *θεοπνευστικῆ* ne cogitare quidem permittit. Et si de Rege Judæorum quæstio esset, forsitan & Judæorum computus fuisset observandus. At cum de Romano Imperatore quæretur, secus sentiendum, quoniam

quin potius dicendum Evangelistam Lucam de Rom: Imperatore Romanorum more scripssisse. Neq; quicquam desperatam Chronologorum Aristarchi causam juvant, quæ allegat testimonionia. Vel enim sententiam alienam affingit ipsis, vel è vitiosis argumentatur exemplaribus, vel denique, quod recentiores concernit, nullius omninò prætij sunt. An verò Proconsularis dignitas imperatoria est? Scilicet biennio ante mortem Augusti, proconsul declaratus est Tiberius, ergò non constat unde inchoandi sint anni Imperij, quod Tiberius solus administravit? Pudet tandem ipsum Spanhemium tam lepidi inventi; hinc subjungit; *Hoc evincitur inde, non adeò certam esse Epocham initij Tiberiani, quin in dubium vocari & de eà litigari possit, quamvis probabilior sit calculus illorum, qui & obitum Augusti & initium Tiberij figunt in annum Jul. LIX.* Litiget cum suo Herwardo, mysterijs, cum suo Paulo Forosemproniensti, visionibus insigni, usque ad Calendas Græcas, nos interim, quam probabilem vocat, (credo non capere ipsum satis quid sit probabile) sententiam sequemur haud ambigui.

HYP. V. *Christus cum baptizaretur vel annorum triginta exactè completorum, vel jam jam complendorum fuit.*

§. XV. Potissima hæc hypothelisis materia litis est inter Chronologos pariter & Græcarum literarum admiratores. Lubet Scaligeri proferre sententiam; cujus explicationem defensionem, castigationem reservamus discursui; Etenim præsens forum hæc exactè persequi haut videtur permittere. Ita ergò „ ille Can. Isag. Lib. III. Nobis ex usu loquendi constat, Christum ad Baptismum accessisse trigesimo anno completo, & trigesimo primo anno ineunte. ἢν ἀρχόμενος ἂν ἐτῶν τριάντων. Incipiebat esse annorum triginta. Hoc non potest dici „ de eo, qui init trigessimum annum, sed de eo, qui nuper triginta annos ætatis complevit. Et quum trigessimum primum „ natalem suum celebrat, ille verè est ἀρχόμενος ἂν ἐτῶν τριάντων. Pessimi Grammatici, qui non intellexerunt, quantum „ discriminis sit, inter ἢν ἀρχόμενος ἂν ἐτῶν τριάντων, & ἢν ἀρχόμενος ἂν ἐτῶν τριάντων. Alterum de absoluto trigesimo „ anno

„anno dicitur, alterum de ineunte. Et certe mira est inscitia:
 „ut faciam, Græcè non dici *ἀρχομαι ἐτῶν τριάκοντα*, sed *ἀρχο-*
 „*μαι ἐτοῦς τριάκοντος*. Rursus *ἐγὼ ἐπὶ ἀρχομαι* *Θ* 1: id est, *ἐ-*
 „*γὼ ἀρχομαι εἶναι, ἀρχομαι ὧν ἐτῶν τριάκοντα*, & *ἀρχομαι ἐ-*
 „*ταί ἐτῶν τριάκοντα*. Sed cum participio verba incipie ndi, con-
 „tinuandi, definiendi *ἑλληνικὰ πρὸν* construuntur quod & pueri
 „sciunt Et tamen non solum ætate, sed usu literarum adulti,
 „hoc ignorant & turpiter hallucinantur. Pudet velitationis
 „Grammaticæ. Neque aliter interpretatur *Theophylactus*, ne-
 „que aliter vulgò loquimur. *Quis enim sanus dixerit se esse*
 „*triginta annorum, qui trigessimum annum tantum inchoavit?* E-
 „vangelista igitur dicit Christum annorum triginta tum esse cœ-
 „pisse, cum Johanni sese baptizandum sifteret, anno Per: Jul:
 „4742. Deductis triginta annis solidis, relinquatur annus 4712,
 „totus vindicandus natali Christi, præter id, quod supererit de
 „anno 4711. Et *lib. VI. de emendat. Temporum* ad objectionem,
 „quandam responsurus non sine pondere urget sequentia: Sed,
 „inquiunt alij, illa, *ἦν ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχομαι* *Θ*, indi-
 „cant triginta annos incepisse. Quo argumento? Quis Græ-
 „cismus hoc patitur? *ἐγὼ ἀρχομαι τριάκοντα ἐτῶν*, pro *ἀρχο-*
 „*μαι τριάκοντος ἔτος*. *Ἰησὺς ἦν τριάκοντα ἐτῶν* toto anno tri-
 „cesimo primo. Sed absoluto tricesimo statim dicebatur *ἀρ-*
 „*χεῖσθαι ὧν τριάκοντα ἐτῶν*. Non enim intelligunt participium,
 „tacitam *ἧν*, quod omisum est, ne repeteretur. *ἦν ἀρχόμενος*,
 „id est, *ἤρχετο*. Quod ne ipsi quidem negaverint. Ergò hæc
 „sunt perinde ac si ita concepta fuissent: *ἤρχετο Ἰησὺς ὡ τριά-*
 „*κοντα ἐτῶν, ἧν, ὡς ἐνομίζετο, ἦος ἰωσήφ*. Quia verò inluave
 „erat, illud *ἧν* repetere; alterum est omisum. Quis nescit,
 „verbum *ἀρχεσθαι*, & illi contrarium *παύεσθαι*, cum participijs
 „construi. Itaque pauci advertunt *ἦν ἀρχόμενος* *Θ*, esse, *ἤρχετο*
 „& subaudit *ἧν* nisi *ἧν*, sequens adsumatur. Ut ita sit: *ἤρχετο*
 „*Ἰησὺς ἤρχετο ὧν ἐτῶν τριάκοντα, ἦος, ὡς ἐνομίζετο, ἰωσήφ*. quod
 „sanè verissimū est Nam *τὸ ἀρχόμενος* *Θ* non potest esse sine ipso
 „*ἧν*, ut fatebūtur omnes, qui Græcè sciunt. At Syrus paraphrastes

Vide Wala-
 um ann. in
 b. l. è Lan-
 gio.

1001 1010 Δ 1 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 990 991 992 993 994 995 996 997 998 999 1000

,, deesse anno tricesimo cōplendo, si vè igitur ferè triginta anno-
 ,, rù fuisse dixeris, si vè triginta absolutorù, eodem recidit epilo-
 ,, gismus annorum ætatis Christi. Hoc n. modo Christus XXVIII
 ,, anno Aëtiaco natus fuerit Sed tamen cave aliter putes, quã
 ,, Christum triginta annorum natum fuisse, & tunc tricesimum
 ,, primum illi iniisse, cum accessit ad baptismum., ut à nobis
 ,, demonstratùm est. Ex quibus colligitur, aut eadẽ die men-
 ,, sis Christum natum & baptizatùm, aut proximè. Non enim
 ,, cœpisset esse triginta annorum, cum baptizaretur, nisi eodem
 ,, anni tempore etiam natus esset, quo baptizatus.

*Vide Henr.
 Nicolai
 Natalitia.*

§. XVI. Neq; displicet omninò explicatiõ hæc Scaligeriana
 Reverendò admodùm *Dn. D. Glasio*, repetit enim non sine cal-
 culo hæc Scaligeri verba Lib. III. Philolog. tract. III. p. 238 Sed
 & *B. Chemnitius* ad minimum annos quasi completos, seu ad
 quos complendos exigui temporis particula restaret, cum *Epi-
 phanio* intelligit. Neque *Wilhelmus Langius* vi veritatis com-
 pulsus abnuere potest omninò. Ita enim verba ejus habent.
*Denotabit ergò Jesum cum baptizaretur annorum fuisse triginta,
 non quidem præcisè, sed ut in diebus quibusdam differentia esset.
 An verò dies illi vel supra triginta numerandi sint, vel infra id non
 dicit.* Citat præterea Langius nostrã sententiã patronos ex an-
 tiquis *Ignatium, Tertullianum, Hieronymum, &c.*

§. XVII. Dolendum itaque Clarissimos viros DN DN. DN.
 DN. *Laurentium Eichstadium*, cui alias ob ephimerides in lucem
 publicam editas, Respub. literaria debet multum; *Fridericum s
 Spanhemium, Johannem Gerhardum Vossium, Dionysium Petavi-
 um* & alios, neque hoc argumentum vim quandam obtinere,
 concedere velle. Quæ objicere contra *ἀπὸ δεξῶν* hanc prædi-
 cti autores solent, breviter apud *Spanhemium* collecta leges, &
 sunt. I. Res quaslibet quærendas esse in illis locis, ubi sedes ar-
 menti cujusq;. Atqui, obiter tantùm, & *ὡς ἐν παρόδῳ* ibi com-
 memorare Lucam ætatem Christi, occasione Baptismi ejus &c.
 Neque sacros scriptores aliã sollicitè aut anxie momenta tem-
 porum putare, sed *ἐν τῷ λατρίῳ* sæpè numerum indefinitum pone-
 re pro definito. II. Ambiguum esse & *τὸ αἰεὶ & τὸ ἀρχόμενον* &

constructionis & interpunctionis constituendæ locus. Sed
respondeat pro me adhuc *ἐγκληματα* Rev: admodum ac de Ec-
clesiâ Christi optimè meritis: ominus D. Dannhaverus. Ita
enim is nodos hos Gordios fecat, ut respondeat ad I. *Lucam ἀ-
ρχιεπισκοπῆς ἐσσε πολlicitum* Luc. I. v. III. Eamq; scetatum esse in tam
sollicita omnium circumstantiarum introcantis in ministeri-
um Johannis Baptistæ intimatione cap. 3. v. 1. & 2. Nec inter-
jectio (pergit Idem) Historiæ versic. 19. & 20. filum ordinis vio-
lat, quia tota est parenthetica. Ponant igitur alibi sacri scri-
ptores numerum rotundum pro cetero in locis, ubi *χρονολογίας*
ceteræ non est æqua necessitas, hic tamen, ubi diligentiam singu-
larem confectatur Lucas, nec hoc *ἐν παρρησίᾳ* scribit, ejus defini-
tione stetur. *Ad II.* ambiguitatem in *ὡσπερ* concedimus, non ta-
men talem, quæ annos, sed *quæ dies mensesq;* in medio relinquat,
non defectum, sed excessum ponat; Nam si defectum infra annū
trigesimum notare voluisset divinus Notarius, non addidisset
ἀρχομεν *⊙*; Sic insuper τὸ *ὡσπερ* explicandum, ne Johannis Bap-
tistæ & Christi annus introitorius coincidant. Confer (ubi τὸ *ὡσπερ*
excessum notat) Luca 22. v. 59. c. 23. v. 44. collato cum Marc.
15. v. 33. Nec Phrasis ista (*ἀρχομεν ὧν ἐτῶν τριακοντα*) aliter,
quàm de completo anno tricesimo exponi potest; nec durum
videri debet dicere illum incipere trigesimum annum, qui eum
jam implevit, nihil enim in vulgari sermone usitatus de incho-
ato *ich gebe ins dreysigste Jahr* in completo *ich trete das drey-
sigste Jahr an* sicut, *annulus* quis luris Romani auctoribus,
non statim ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo die dicitur.
Nec quicquam contrariæ sententiæ autores juvat τὸ *ἀρχομεν* de
initio ministerij Christi interdum dici. Nam & ad hoc solidè jam
dum respondit quem citavi Dn. Dannhaverus: τὸ *ἀρχομεν* *⊙*
quocunque pertineat, sive ad ætatem, sive ministerium, ad rem
nihil inter est, cum à *Lucâ* & *annus ætatis* & *instans ministerij ar-
chetypis* connectantur. Deniq; constructio ea, quæ fingitur, est
incongrua, ponitur enim *ἀρχομεν* *⊙* absolutè, extra statum cō-
structum, & desertâ constructione textuali, excogitatur alia
constructio ex cerebro: fingitur parenthesis, fingitur, non pro-
batur. Denique *ἀρχομεν* est *μεγαλίαν*, cum τὸ *ὧν* connectitur
cum

cum *is*, tanq; Christus fuerit nepos naturalis & *Eli*: aliud *Spanbemium* docere potuit *Hugo Grotius* ad *Luc.* pag 656. Hactenus pro more, accuratissimè scilicet, *Dn. Dannhaverus*, quo sane melius putasne quempiam potuisse dicere? Alias tamen ejus rationes, quas pro *Scaligero* urget, subjungere vitanda prolixitas prohibet.

HYP. VI. *Aurelius Commodus XVII Imperator Romanus, Marcia & Narcysi insidijs occubuit anno Periodi Jul: IV M. DCCCCV Juliano CCXXXVII V. V. CMXXI. COSS. Commodò Augusto Septimo & Perinace, istâ nocte, quæ præcedebat Cal. Januarij.*

§. XVIII. Consentiant hîc *Dio Cassius* Lib. LXXII, *Clemens Alexandrinus* (tùm lib. I. *Stromat: Commodum hunc cunctis incommodum* 222. *Actiæ* victoriæ consummatæ s. à capta *Alexandriâ* violentâ morte interijse asserit) *Eusebius* *Chron.* lib. II. *Aurelius* *Cassiod.* ejusq; commentator *Johannes Guspinianus, Bucholzerus* ad annum M. 4163. *Joh. Cluverus* *hist: Mund. Epit.* p. m. 308. ad annum M. eundem, alijsq; Immo ne ipse *Spanbemius*, assensum prohibet, quin potius nostris gemina habet verba.

HYP. VII. *γίνονται δ' αὖτὸ δ' ὁ κῆρυξ ἐγεννήθη, ἕως Κομοδῆς τελευτῆς, & πάντα ἐτη ἑνενηκοντα τέσσαρα, μὴν εἰς, ἡμέραι ἑ.*

§. XIX. Verba hæc *Clementina* extant lib. I. *strom.* quæ thesin nostram mirificè confirmant, subtractis enim ab anno emortuali *Commodi* qui est *Periodi Jul: IV M DCCCCV* Ex præcedenti hypothesi *CXCIV* annis remanet *IV MDCCXI* *Periodi Jul* annus *Nativitate Christi* celebris. Neq; ipse *Spanbemius* inficiari potest testimonium hoc *Clementis* thesi patrocinari nostræ, licet eo ipso quo *Clementem* sibi non constate temere pronunciat, in sanctissimum Patrem injuriosus omninò sit, quam injuriam delevimus *Hypoth. Superiori*.

HYP. VIII. *Annus Augusti primus computantibus Eusebio, Clemente Alexandrino, Josepho, Maximo Monacho alijsq; est Periodi Jul. annus IV MDCLXX. Julianus. II. II. DCCIX Olym. p. CLXXXIV annus primus.*

§. XX.

§ XX. Triplex aliâs annos Augusti computandi methodus est, vel enim incipere dicuntur à *noce Caesaris*, anno Periodi Jul. &c. in hypothesi laudato COSS. C. Julio Casare V. & M. Antonio; vel à *pugna ad Actium Promōtorum*, quâ Octavianus & Antonij & Cleopatra amâhij illius victor extitit, anno Periodi Jul. IV M. DC. LXXXII Juliano XV. vel à *capta Alexandria*, anno sequenti. Nullâ, præter prima in præsentî negotio auctores u-
sos asseri potest Epocha.

HYP. IX. *Natus est Christus anno Augusti XLII.*

§ XXI. Consentiant hic *Clemens Alexandrinus*, *Epiphanius*, *har. LL XX*, de mensuris &c. *Eusebius* in *Chron. L. X.* de præpar. L. I. Hist. Eccl. c. V. *Isidorus* in *Chronico*, *Paulus Orosius* L. I. c. I. & L. VII. c. II. *Zonaras*, aliq; quos citat magno numero *Jacobus Saliarius* Jesuita *Annal. T. VI. p. 768.*

HYP. X. *Natus est Christus Coss. Lentulo & Messala quos Coss. habet solus annus Julianus XLIII Periodi Jul. IV M DCCXI.*

§ XXII. Consentiant hic *Aurelius Cassiodorus*, *Georgius Cedrenus* *Johannes Cuspinianus*, *Scaliger cum suis.*

HYP. XI. *Natus est Christus anno Epochæ Constantinopolitanae VM DVI Cyclo Solis Græcorum XVIII Luna XV. qui est Periodi Jul. annus IVMDCCXI.*

§ XXII. Hypothesin hanc quam totidem verbis habet *Georgius Cedrenus* urget itidem *Scaliger* *Lib. Lib. IV. de emendat. temp. p. m. 546.*

PUNCTUM TERTIUM.

Exhibens

ΑΠΟΔΕΙΞΙΝ

§ XXIV. His ergo hypothesebus præmissis veritatem Thesî nostræ sequenti adstruimus syllogismo.

Quæcumque sententia Nativitatem Christi in talem Periodi Julianæ Juliano, urbis, &c. annum figit. i. Qui est
ab

ab Ep. ocha vulgari diversus. II. vigesimus octavus era Aethiaca,
III. per triginta annos decimo quinto Tiberij anno differt. IV.
& 94^o annos ab obitu Commodi distat, V. Quo Coss. extite-
re Lentulus & Messala, VI. est Epocha Constantinopolitana
annus V M DCVI. VII. Augusti XLII. &c. Ea sententia
cum à scriptoribus, tam sacris quam profanis calculum obti-
neat, omnium optima ac verissima est.

Atqui sententia nostra in thesi proposita est talis.

E. eadem thesis nostrae sententia omnium optima ac verissima
est. $\omega \pi \epsilon \rho \epsilon \delta \epsilon \sigma \epsilon \iota \tau \alpha \iota$.

§. XXV. Et Major & minor ex præmissis hypothesibus cer-
te sunt, ut plura $\kappa \epsilon \nu \tau \eta \sigma \iota \varsigma$, quale est, quod ab annis ministerij
Christi, passionis ejusdem &c. peti possit subungere necesse
non sit, cum alias præter spem excreverit pagellarum cu-
mulus.

PUNCTUM QUARTUM

Exhibens

ANTIΘΕΣΙΝ ET ΕΠΙΛΑΪΣΙΝ.

§. XXVI. Antitheses omnes & singulas recensere hic nedum
refutare, systema postularer, unicum tantum, quæ fucum forsi-
tan facere posset, examinabimus antithesin, quam propugnant,
Excell. ac Clariss: Dus D. Eichstadius in dissert. de vero anno,
natali &c. Gedani Anno M DCXLVIII. habitâ, Laurentius Sus-
lijga Polonus, Johannes Keplerus Mathematicus quondam Cæsa-
reo-Pragensis, Dionysius Petavius & ex parte Spanhemius (quip-
pè qui ante 43. Julianum annum Christum natum esse certissi-
mum jactitat, licet utrum anno Juliano 42 an 41. natus fuerit
Salvator noster, nullis indicijs solidis ex historia veteri erui pos-
se asserat) alijq.

§. XXVII. Hi omnes & singuli consentiunt 4. solidos annos,
ad veram ætatem Christi constituendam, nostræ ære Christianæ
quam vulgarem vulgò vocamus esse adjiciendos. Eamque adeò $\mu \epsilon \tau \alpha \chi \rho \omicron \nu \sigma \mu \omega$ solidi quatriennij laborare, licet Keplerus in eclogis

C

Chro-

Chronicis, fatentē ipso Domino *Eichstadio*, hunc ἀναρχονισμὸν
ad quinquennium extendat.

§. XXVIII. *Fundamentum palmarium* sententia hujus sequen-
tibus *Dominus Eichstadius* exhibet verbis: Josephus disertis ver-
bis & numeris annos Regni Herodis definiuit & quando Romæ
Rex Judæorum renunciatus fuerit & quot annis ab eo tempore
supervixerit, literis consignavit. Nam lib. XIV. ἀρχαιολογίας
cap. 26. scribit, *Herodem* Coss. C. *Domitio Calvino* & *Asinio Pol-
lione* regem esse declaratum, qui fuit annus sextus Julianus. I-
dem Josephus lib. XVII. antiquit. Judai. c. x. & lib. 1. de bello Ju-
da. c. 21. memorat, *Herodem* obiisse anno 37. numerato ab hoc
drincipio. Jam adde annos completos 36. anno Juliano VI. &
provenit annus Julianus 42 qui fuit annus excessus Herodis.

§. XXIX. In thesi 16. Dissert. citata idem per alteram regni
Herodis Epocham ē 14. lib. antiquit. Josephi c. ult. demonstrare
conatur ceu thesi 17. in hanc rem annorum Archelai Josephia-
num calculum urget, quippè quem asserere scribit ethnargam
factum ab Augusto anno principatus sui nono completo Lib. II.
de bello Jud. c. 6. vel decimo currente lib. XVII. antiquit. c. 15.
à Judæis &c. apud Casarem accusatum in Viennam Gallia civi-
tatem anno 37. post victum à Casare in Actiacâ pugnâ Antoni-
um relegatum & facultates ejus fisco Cæsaris adjudicatas esse
lib. II. de bello Jud. c. 6. & lib. XVII. antiquit. cap. 3. Quin &
Dionem Cassium Romanum historicum lib. LV. idem testari
cum M. Emilio Lepido & Aruncio Coss. Herodem Palestinū,
à fratribus accusatum trans alpes relegatum esse asserat. Si er-
gò ab anno Juliano 57. cui par Coss. à Dione nominatam com-
petit auferantur novem completi principatus Aroselaj, reliqu-
us erit annus Julianus 42, quo Herode parente mortuo annus
primus ethnargia Archelai cœpit.

§. XXX. Sed & per alterum, filium & successorem Herodis
in quartâ regni patrij parte Philippum videlicet eundem mortis
Herodis annum adstruere conatur Excellentissimus vir. Refert
siquidem Josephus (verba thesi 18 habent) lib. XVIII. antiquit. c.
6. mortuū Philippum esse anno principatus 36. vigesimo imperij
Tiberij. Primus autē annus Tiberij est annus Julianus 59, nimi-
rum

rum annus mortis Augusti. Igitur vigesimus Tiberij est annus
Julianus 78. Quo circa, detractis solidis 36. annis principatus
Filij ex summâ 78 annorum Jul. iterum relinquitur 42. annus
Jul. qui fuit primus initi principatus Philippi & ultimus regni
paris Herodis. Atque hæc catena annorum (subjungit Cl. vir)
ad eod' indivulso nexu coherentium, efficit ut annus obitus Hero
dis nulli aliorum Julianorum nisi 42. tribui queat.

§. XXXI. Tandem & *Eclipsium Characterem* cum *Dn. Kep-
lero* urget thesi 19. verbâ Josephi hæc citantur è XVII Lib. orig.
Jud. c. 8. Herodes alterum Matthiam qui excitaverat seditio-
nem & viros ex socijs ejus exulsit vivos & dum eadem nocte, de-
fectus Lunæ contigit. Eclypsis hæc confertur à Keplero in an-

num Julianum 42. diem 13. Martij, horam 4. 48 38 à mediâ
noctè juxta meridianum Hierosolymitanum. Verus locus

Solis tum fuit in gradu piscum 21. 16. Deficere Luna cœpit in

eodem meridiano hora 3. 27. 32. defuit hora 6. 9. 44. Ubi in
eodem meridiano Sole oriente Luna occidit: duratio fuit dua-

rum horarum. 42, 12. ac digitos 5. 34. ad dimidiam ferè partem
Luna deficit. Pascha mense sequenti nempe die XI. Aprilis ju-
xta ordinationem divinam subsequi debuit. *Hactenus antiche-
stis Eichstadiana*, qui reliquorum sociorum causam omnium o-
timè agit. Subjungit & alia Cl. vir, quæ tamen ne recenseamus
institutum nostrum jubet.

§. XXXII. ΕΠΙΛΕΞΙΣ. Sed dolendum omnino est, minus
accuratam sententiam hanc accuratissimum aliàs virum Defen-
sorem nactam esse. Nulli intereâ dubitamus, Excellentissim-
um VIRUM, quem Præceptorem nostrum ultrò fatemur,
daturum facile veniam, quo recensere ac repetere liceat, quæ
vel alij in hac sententia desiderent, vel ipsi ad fundamenta ejus-
dem reponi posse putemus; Omnes enim Philosophi sumus &
simus. Duo vero evincere conabimur; primum erit: *Josephum
nequiquam causam istorum, qui Natalem Christi in annum P
Jul.*

Jul. 4709. Jul. 41 emortualem Herodis in P. Jul. 4710 Jul. 42. fi-
gunt, juvare. Alterum, Josephum in computo annorum Herodis hu-
mani quid passum esse.

§. XXXIII. Prius quod attinet consentiunt mecum *Illustr:*
Scaliger, Clarissimi itidem viri *Calvisius* Isagog. cap. XLVI. *Ger-*
ardus Johannes Vossius in Dissert. de Natali &c. num. XV. *Wilhel-*
mus Langius de Annis Christi L. II. C. XVIII. ex mente Josephi.
Herodem mortuum esse anno Juliano 44 paulo ante Pascha;
idque præ alijs *Calvisius* loco citato & ingeniosè & luculenter
demonstrare satagit. Scilicet consuetudinem tam sacrarum,
literarum, quam Josephi in numerandis Regum Judai-
corum annis urget. Primum & præcipuæ dignitatis fe-
stum apud Judæos Paschatos erat; decimo quinto Nisan die quot-
annis celebrandum, hinc mos obtinuit, ut Regum suorum an-
nos ratione initij à verno tempore, sive potius à festivitate Pas-
chali numerarint, ut dixerint huc vel illum Regem tot annos re-
gnasse, quor paschata sub ipso celebrata essent. Eidem huic
observationi exempla plurima faciunt autorum qua sacrorum,
qua prophanorum, sufficiat adduxisse illud i. Reg. 15. quo in lo-
co Abiam tribus annis regnasse dicitur, quod non aliter intelli-
gi potest, quam tria Paschata ipso Rege celebrata esse, cum ali-
as inter decimum octavum Ieroboami Regis Israel annum & vi-
cesimum ejusdem biennium, non triennium sit interceptum.

§. XXXIV. Ex hoc itaq; fonte genuina Josephi quoq; ver-
borum ἐξήγησις haurienda, dicitur ab eodem triginta septem
annos regnasse Herodem, hoc est tricies septies sub ipso Pascha
celebratum fuisse; Designatus autem Rex fuit anno Juliano se-
xtò in æstate post pascha si 37 pascha adantur, apparebit Hero-
dem mortuum esse ex Josephi mente ante pascha 44. Juliani anni.

§. XXXV. Sed & alia ratione hunc emortualem Herodian-
num è Josepho idè eru it perspicuus Chronologus; scilicet Jose-
phus autor est Herodem post interfectum Antigonum triginta
quatuor annos imperasse. Interfectus Antigonus est anno
sabbatico Juliano nono, ipso Josepho teste & quidem post Pa-
scha anni illius. Adde triginta quatuor Paschata & apparebit
iterum Herodem necessario ex mente Josephi aliquot diebus
ante

ante Pascha 44 Juliani anni mortuum esse. Alia argumenta, quorum quam plurima insuper è Josepho desumi possunt, subjungere super sede cum eadem ab autoribus citatis annotata quoque esse sciam.

§. XXXVI. Hactenus Josephi opinio è scriptis ipsius eruta. Aliam tamen ex eodem Josepho eruere satagit Excell. Dn. D. Eichstadius, ad cuius fundamenta jam breviter respondendum. Et primò quidem in genere dicimus; si quid otinuerit pro se citatis locis Josephi, hoc sane erit; *Josephum sibi ipsi haud constātem, malè hic adduci.* Secum ipso conveniat Josephus, prius quam alios secum non convenire agrè ferat.

§. XXXVII. Sed in specie ad Archelai annorum computum respondendum puto (1) *Josephum* neque hic sibi satis constare. Liber Clar. Dn. *Wilhelmi Langij* verbis optimi alias historici fidem sollicitare: De Archelao non ipse sibi consentit Josephus. Libro enim Antiquit. XVII. c. ult. decimò principatus anno ipsum relegatum ait. Idq; ipsi prædixisse Simonem quendam Esæum, qui somnum ipsius explicuit, quò somniaverat, vidisse se decem spicas triticò plenas à bobus comedi, quod ille de mutatione in deterius exposuit, per boves miseriam, per spicas annos denotari asserens. Libro Secundo de Bello, nono principatus anno pullsum ait, cum novem spicas vidisset. Conantur hæc ita explicare viri docti (Confer Casaubonum Exerc IX. in Annales Baronij) quasi finiente nono & ineunte decimo id contigisset. *Sed ergone etiam decima spica incipiebat?* At libro Antiquit. refert Archelaum X spicas triticeas plenas vidisse; Libro vero XI Belli novem. Ridiculum est ista ita explicare, velle, nam *si anni pars pro anno posita erit & spica pars in somnio pro spica visa fuerit.* Memoria lapsus est Josephus, nam etiam de ipso valet: Quandoquidem bonus interdum dormitat Homerus.

§. XXXVIII. Respondemus (11) inconvenienter asseri in annum Julianum LI. Archelai relegationem incidisse, cum potius in LII. incidit. Anno enim XXXVII pugnae Actiæ census hic est peractus, attestante Josepho L. XIII. c. III. Antiquit. & ex eo Calvisio ad annum M. 3956. C. 7. & vernò quidem tempore,

Ad I. de annis Archelai

L. II. p. 348.

Ad II. de annis Julianis.

quod vernum 37 anni Actiacæ victoriae tempus vi hypoth. in.
nullum alium quam LII Julianum annum cadit. Quod *Dio-*
nem attinet, de annō quō accusatus *Archelaus* testatur, non præ-
cisè, quō is relegatus peracto censu fuerit. Vide *Lang.* p. 348.

Ad III. de
annis Phi-
lippi.

§. XXXIX. Ad tertium ab annis Philippi petatum Dn. Eich-
stadij argumentum respond. (I) Si presius istud urgeatur, non
magis nostram, quam ipsius de emortuali Herodis anuo senten-
tiam eodem premi. *Malè enim omnino est contra Josephi men-*
tem XXXVI tantum (cum XXXVII deberent) anni principatus so-
lidi ab anno Juliano LXXVIII. subtrahuntur; Verba Josephi hæc
sunt. Τότε δὴ καὶ Φίλιππος, ἡρώδης δὲ ἦν ἀδελφός, τελευτᾷ τὸν
βίον, ἕκαστῶ μὲν ἐνιαυτῶ τῆς Τιβερίου ἀρχῆς, ἡγησάμενος δὲ αὐ-
τός ἐσπῆται καὶ τριάκοντα τῆς Τραχωνιτιδῶ καὶ γαυλαντιδῶ
καὶ τὰ βασιλείων ἐθύς πρὸς αὐτοῖς.

L. XVIII. An
tig. c. VI.

De Emend.
Temp. L. V.
p. 463.

Vide Tacitū
Ann. XI.

§. XL Respondemus (II) Telum hoc à *Scaligero* jam du-
dum prævisum esse, hinc & minus nocere. Scilicet annotat Il-
lustr. *VIR Josephum hic in mendo jacere, neque antiquum men-*
dum est, cum Rufinus cœtera omnia, cum vitiosa Josepho no-
stro, vitiosa habens, legat pro XX anno Tiberij XXII. quod &
verum Character COSS. indicat. Mortuus Philippus est Vi et-
lio cum Artabano pacis fœdus ineunte. At XXI Tiberij anno
pondum Consulatum deposuerat Vitellius. Alio ergo quam,
XX ejusdem Caesaris anno Philippum obijisse dicitur à Josepho.
Conf. Calvij. Isag. c. XLVI. Wilb. Lang. p. 349.

§. XLI. Tandem quod characterem Eclipsæ attinet, rectè
à *Langio* hęc nomine notatur *Petavius* verbis sequentibus: *Non*
ad Eclipsin quandam temporavi applicanda, sed ad tempora Ecli-
psis. Causa quare Eclipsis Kepleriana huc non pertineat,
est hæc quia distantia inter Eclipsin hanc & Pascha nondum,
menstruum ad implet spacium; Cum contra Herodes quadra-
ginta aut adminimum 33 diebus ante Pascha mortuus sit, legat
modo Excell. vir, si vacat, de hoc intervallo eruditè differentem
Langium L. II. de annis Christi C. XVIII.

§. XLII: *Alterum restat demonstrandum, scilicet Josephum*
incalculo annorum Herodis adornando humani quid pasum esse.
Non equidem nos fugit quam plurimos Josephum excusare, om-
n

omneq; vitium librariis imputare. Libenter equidem & nos optimum Historicum excusatum optatemus, aut constans lectio repetitus diversis in locis idem calculus &c. vix veniam Josepho conciliant; Hinc haud ambigui cum I. Saliano asserimus, annos Herodis, qui ab uno Josepho petuntur parum certos esse duces, ad eam rem, quam quarimus, proptereaque passim a scriptoribus maxima ex parte neglectos. Enimvero *Wilb. Langius* Josephi calculum hic sequitur potius, quã ut eundem erroris arguat. Auctor *siquidem est Christum anno Juliano XLIII. 25. Decembr. natum, Herodem contra 33 ad minimum ante pascha diebus natum esse.* Et ipse quidem *Eclipseos* cujusdam characterem urget, quæ contigerit Januarij die XX & cujus finis *Arbelis* visus sit. *At deterius errat Langius: Verisimile equidem non est ante Purificationis diem advenisse Magos, quæ enim audacia puerum, quem tot insidia præparentis adeo Tyranni ad mortem sollicitant, publicè in templo sistere & tanto periculo exponere; sane à cura Mariæ hoc alienum videtur præprimis cum non latuerit abscondita Majestas, grandævos numinis æterni cultotes *Simconem*, *Hannamque*, quin agnoscerent templi Dominum &c. neque intra secretum pectorum suorum apud Deum exposuerint sua gaudia, sua suffragia, sed clarissimã professione hunc puerum salvatorem suum in publicam famam transtulerint.* At si post purificationem Mariæ in 2. Februarij incidentem advenere Magi, non amplius Hierosolymis offenderunt Herodem, [quem certum est in Januarijo Hierosolymis discessisse & de concilio Medicorum in Thermis versatum esse, ut Josephus hæc prolixè describit. Eclipseum characterem quod attinet imperitè omnino *Langium* asserere puto Eclipseum, cujus Josephus meminit Hierosolymis haud conspectam fuisse, cum vulgus alias de eadem judicare haud potuisset, neque Josephus qui vulgum sequitur.

§. XLIII. Quapropter cum nullã aliã ratione Josephus vel cum *Lucæ* testimonio, vel cum primitivæ Ecclesiæ assertionem vel deniq; cum seipso conciliari potuerit, necesse habuit Josephus *Scaliger* diffesum à Josepho hic ultrò profiteri, quem secuti sunt deinde, *Sethus Calvinus, Casaubonus* quoq; ex parte alijs.

c. III. p. 361
dubitative
loquitur, &
addit vel an-
num inte-
grum antea.

Lev. 12, 6.

Calv. Isag
c. 46.

Dorffch. Ad-
mir. p. 267.

Hi

Hi omnes & singuli Herodem ante Pascha anni Juliani XLV. de-
 mum mortuum esse aserunt paucis post infanticidium diebus, bimu-
 los enim occidere iussit Tyrannus, neque temere sed potius
Matth. 2. 16. κατὰ τὸν χρόνον οὗ ἠγρίθησεν παρὰ τῶν μαγῶν. Huic senten-
Vide Ca- tia Eclipseos character congruit quoq;. Accidit enim *Eclipse*
II. Anti-Ba- Luna die 10 Januarij hora secunda matutina feria septima. Con-
ronianam. fer *Calvis.* l. cit. *Amplifs.* Dominum *Francenb.* in Compendio
Scal. de E- Chron. de anno Mortis Herodis & Fundam. Sch. MM. aliosq;. *mend. T. p.*

CAPUT SECUNDUM

De

MENSE AC DIE NATIVITATIS DOMINICÆ.

§. XLIV. Magnò & arduò molimine inter Theologos pariter
 & Chronologos quæstio versata est, quò mense, quòq; die æteri-
 ni as orbi suas delicias explicarit. Parùm certitudinis omnino
 ex communibus Eruditionis humanae tabulis colligi potest,
 quin potius atroci, nefandòque silentiò consopita profusus
 est historia Salvatoris in Profanorum autorum monumentis,
 adeo quidem, ut nec in *Iosepho*, scriptore alias non negligente,
 quâ invidiâ, quâ incuriâ vix unicum de JESU (L. XVII. c. IV.)
 extet testimonium, ut adeo merito conqueratur de hoc silentio
Adm. Rev. Dn. D. Danbayer. in Programmate quodam Admi-
 randis Nativitatis &c: Christi sanctæ ac profundæ sapientæ & VI.
RI Dn. D. Dorschei inserto. At & in divinarum Literarum mo-
 numentis documenta, quibus certus Natalis mensis Christi de-
 monstrari queat, vix reperies. Hinc & mutanda nostra Me-
 thodus, ne infallibilem & apodicticam certitudinem hic finge-
 re videamur. Duas vero sententiarum classes advehemus ran-
 tùm, quarum unam tamen prævalere alterâ, omninò statuimus,
 quin & haud dubij sumus, si decernendum esset, quâ victoriæ
 spectari possint insignia. Sed tempestas prohibet prælium.
 Arma-

Armamentaria describemus tantum, vim armorum experiant alij.

§. XLV. Prior itaq; *vulgata sententia* procedat, quã statuitur Lucem mundi illuxisse Solis luce à nobis remotissimã, ipso scilicet solstitij brumalis die, qui tunc temporis 25 Decembris seu VII. Kal. Januarij fuit. Præscriptione videtur obtinere auctoritatem suam hæc Epocha, quippe cum ab antiquissimis Patribus, quorquor scilicet de hac re lucubrationes suas posteritati reliquerunt eandem vel silentio suo defendere videantur. Sed si *Langio* credamus non verisimilis amplius est hæc Epocha, sed vera. Fulcrum, cui innitatur ejusdem veritas, sunt *Censorie tabule*, quas Romæ suis quoque temporibus fuisse *Chrysostronus* testis est, sermone de Natali &c. quem locum & Illustriss. *Scaliger* citat: ὅθεν δῆλον, ὅτι κατὰ τὴν πρῶτην ἀπογραφὴν ἐτέχθη καὶ τοῖς ἀρχαίοις δημοσίᾳ κειμένοις κώδικων ἐπιθήσειν ἐντυχόντα καὶ τὸν καιρὸν τῆς γραφῆς μαθόντα ἀκριβῶς εἰδέναι τὸν βεβηλωμένον. Has ergo tabulas pergit *Langius*, cum Romani haberent, quas multi senatorij generis homines, qui aut Christiani erant, aut postmodum facti sunt, inspexerant, verissima ergo illi Christiani de Natali prodere poterant, qui Romæ erant. Propter quod ita de hac opinione scribit *Chrysostronus*: Περὶ τῶν ἀκριβῶς ταῦτα εἰδοτῶν, καὶ τὴν πόλιν ἐκείνην ῥώμην σιμῶντων παρὲν ἡμεῶν τὴν ἡμέραν Dicit, opinionem hanc de Natali in XXV die constituendo, ante decem annos Roma Constantinopolim venisse, ab illisq; traditam, qui exactè hæc notant. Nimirum antiqui Senatores Romani, quibus censorias tabulas inspicere permillum erat, postquam Christianismum receperant, verum Natalem alijs prodiderunt. Plures propugnatores sententiæ hujus scire si desideras Confer *Petavium* L. XII. de D. T. cap. VI. *Montacutum* &c.

§. XLVI. Hallucinatur hic omnino *Scaliger*, cum a seclis *de D. T. L. Keplero*, *Johanne Cloppenburgo* Syntag. Select. Exerc. Theol. XIII. VII. Diss. VIII. *Calixto* Concord. 4t. Evang. p. m. 31. *Abrahamo Schlerero*, alijsque ceu rectè eò nomine castigatur à *Petavio*, quando infamam illis animis omnium opinionem de Christo Decembri

D

exe-

exceunte nato ex illo veterum quorundam errore manasse asse-
rit, quò Zachariam summū fuisse Pontificem arbitrati sunt. Re-
centior enim omnino hic error est, quam de mense nataliio
antiquorum Patrum decisio. Malè ergò hæc illi inniti fingi-
tur. Vide hujus *sententie antiquitatem defensam à D. Langio*
pag. 358

§ XLVII. Objicit tamen contra eandem Clar. DN. *Henri-
cus Nicolai* in Natalitijs suis Th. XVI duo potissimum. Primum
est: Christum eòdem, quò natus, & baptisatum esse. Luc. 3, 21, 23.
At vere vel autumno eundem baptisatum, ergo media hyeme
non natum esse. Alterum est, censum Augusti super orbem
medià hyeme, tempore incommodissimò haud indictum fuisse
videri, sed vernò vel autumnali tempore id potius convenisse,
quod ad iter faciendum convenientius. Sed nostrum impræ-
sentiarium non est pondus objectionum harum perspiculare.
Judicet de iisdem Benevolus LECTOR.

§ XLVIII. Altera, quæ *Scaligero* propria est sententia, sta-
tuit Christum Septembri vel ad maximum Octobri natum esse
Fundamentum ejusdem est *ordo Hieraticus à Rege Davide pri-
mum institutus* 1. Paral. 23, 27. c. 24, 7. incorruptus dein ex mente
Scaligeri servatus. Vide *Fragmenta* ejusd. ad opus de E. T. p.
m. 54. *Mens Scaligeri hæc* est, Zachariam ex Abiæ ordine mini-
strasse coram Deo, cum *εὐαγγελισμὸν* de filio acceperit. Elisa-
beth verò statim post finitum ministerium procul dubio conce-
pit. Jam vero 24. erant Ephemerix, quæ semper ordine quo-
dam ministrabant, atq; ita orbem quendam Hieraticum confi-
ciebant qui 168 diebus absolvebatur; annis vero 224. Orbis hic
incipit XXII Novembr. anni P. Jul. 4549 quando Encænna Mac-
cabei celebrata fuerunt. Quæ si vera sunt, Abiæ Ephemeria in-
cepit ministrare Deo anno P. Jul. 4710. (quò exceunte *εὐαγγε-
λισμὸς* contigit) 21. Julij. Adeoque statim post. 28 Julij Johan-
nes conceptus est. VI autem mense ineunte Gabriel ad Mariam
missus est. Unde exceunte Decembri Christus conceptus est,
& post novem menses natus, mense Septembri. Hæc summa
demonstrationis à D. *Langio* fideliter è *Scaligero* excerpta.

§. XLIX.

§. XLIX. Si hoc non, quid tandem quodvis ex quovis magna licentiâ colligere, est? Et tamen admiratores habet illustrissimus VIR *Serhum Calvinum* & alios; sed & castigatores; Dnn. D. *Dannhawr*, *Χεῖροσφ* S: I. Art. II. p. m. 42. *Calixtum Harm.* *Isag. cap. XLVIII.*
Evang. p. m. 33. *Petavium* de D T. L. XII. C. VII. *Wilh. Langium*
de Annis Christi L. II. P. II. C. II. *Eridericum Spanhemium* Dub. *Exerc. E-*
Evang. part. 2. Dubio XIV. p. m. 221. *Gerardum Johannem Vof-* *vang. L. I.*
sum, Abr. Scultetum aliosq;. Nos nolumus conjecturas Scali- *C. XLVI.*
gericonjecturis suspectas reddere, vel ab alijs notata otiosè re-
petere; hinc *Epicrisin* nostram hic prohibemus.

§. L. Tantum verò abest, ut cum *patribus Calvinisequis Synodi Dordrechtane & Johanne Cloppenburgio* l. c. p. 568. abolendam hanc consuetudinem celebrandi Natalem Christi 25. Decembr. die temerè statuamus, ut potius contra optimam hanc *Ecclesiæ consuetudinem* perpetuam adoptemus. Sed manum de
tabula.

S. D. G.






Ad
Pereximium, longè Præstantissimum & Literatissimum
DN. M. JOHANNEM CASPAREM SCHULINUM
Heilsbronnâ - Francum
Amicum suum jucundissimum de Natali CHRISTI
disputantem.

Quem Te dignè celebrem; spes magna parentis
Schuline & Clarij pars celebranda chori!
Est Tua Francoas latè cantata per urbes
Gloria perq; virum pansophos omnia volis.
Suobaci Te magna Tui præconia laudant,
Leucoris & laudum semina larga serit
Disruptæ quoties te Respondente columnæ.
Fulisti quoties Faxq; Deusq; Sophi?
Non dubito, magnum chartis dabis hisce nitorem,
Natalem Christi dum docuisse paras.
Gratulor ex animo, radiantia sidera plaudant
Et tibi sub cælo gloria semper erit.

Hisce acclamabat Amico suo jucun-
dissimo

M. Ægidius Strauchius
Præses.



01 A 6640


ULB Halle 3
003 108 309




Sb.

VD 17







101.

כנה
DISSERTATIO CHRONOLOGICA
DE
NATALI IMMANUELIS,

quam
IN ILLUSTRIS ACADEMIA WITTEBERGENSI
Sub Præsidio

M. ÆGIDII Strauchs /

Wittebergæ-Sax, S.S. Theol. Stud.

ad placidam *συμφυλολογίαν*
proponit

M. JOHANNES CASPAR Schulin /

Heilsbronna-Francus:

Ad, D. 24. Dec. fer. 6ta

ANNO CHRISTI

VERO M DC LIV.

BEDIANOM DC LII

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.

